

ASCANII CARD. COLVMNAE

Contra Reip. Venetæ Episcopos
Sententia.



*V*SSIT mihi Sanctitas Vestræ, quid contra Reip. Venetæ Episcopos ecclesiastico interdicto non obtemperantes agendum esset, excogitarem; & quæ mihi hac in re subesset sententia, Sanctitati Vestræ aperirem. Quoniam vero ab alijs, qui hæc Reip. Venetæ causam pertractarunt, multa sunt & pie, & fusè dicta; ijs consultò omissis iniuncti mihi oneris partes erunt, & præcipuè Cardinalem Episcopum Prænestinum nunc declaratum, præclarè me egisse putabo; quæ tantum ad Episcopos spectant, quam maxima possum industria & Christiana veritate declarare. Eò libentiùs quòd vivendi leges ex sanctorum decretis, ex patrum regulis depromptas mihi contra me præscribere, viliùs futurum sit; quàm quæ ceteri singula materia huius capita vel similia persequentes optimè scripserunt, longiori hic disputatione iterata referre.

Bonorum omnium largitor Deus pro sua in nos clemen-



rendi excommunicationem, & illius valorem, quam vitam corporalem. *Hinc diuus Thomas, ubi inquit,* subditorum salus exigit personæ Pastoris præsentiam, non debet Pastor personaliter suum gregem deferere, nequè propter aliquod commodum temporale, nequè etiam propter aliquod personale periculum imminens; cum bonus Pastor animam suâ ponere teneatur pro ouibus suis. *Multò verò ante diuum Thomam Nicolaus P.P.* Nam si perniciosum est, præretam in tranquillitate nauim deferere, quāto magis in fluctibus. *Et elegantissime Cyprianus ad Cornelium,* manere apud nos debet fidei robur immobile; *Et* stabilis, atquè inconcussa virtus contra omnes incursus, atquè imperus oblatrantium fluctuum, velut petraë obiacentis fortitudine, & mole debet obistere. Nec interest vnde Episcopo, aut terror, aut periculum veniat, qui terroribus, ac periculis viuit obnoxius, & fit de ipsis gloriosior, imò quando persecutiones fiunt, tunc dantur coronæ fidei, tunc probantur milites Dei, tunc martyribus patent cæli. *Gregor. verò Nazian. coràm tot Episcopis exclamat,* nonnè persecutionem passi sumus? nonnè contumelijs omnibus affecti? nonnè Ecclesijs, domibus, & quod acerbissimum est, solitudinibus ipsis pulsi sumus? nonnè furentem populum tulimus, & contumeliosos præfectos? quid postea? fortiores extitimus. *Suspicit Hieronymus Pauli præstantiam, videte, inquit, Apostolum quantæ*

2.2.7. 185.
24.5.

TOMMY

Epif. 55.
& 56.

Orations
12. in cō.

Episc. 151.
q. 9.

Hæc sunt, Pater Beatissime quæ in Episcopos Veneros; sacros Canones, Patres sanctissimos, & Concilia sequutus, notavi. Faxit Deus, ut quantum huius sanctæ Sedis auctoritati illorum obfuit Ecclesiasticorum Decretorum contemptus; tantum in retinenda firmiter Christiana fide, in præceptis sacrorum Conciliorum, & Patrum decretis servandis, in Sanctitati vestra debita obedientia præstanda prosit communis omnium nostrum Cardinalium consensus. Mea vero summa ascribendum foret felicitati; si ut animus obsequio non defuit, ita vires respondissent voluntati.

F I N I S.

IN BOLOGNA

Nella Stamperia dell'Arcivescovo. M. DC. LII.

Con licenza de' Superiori.